SIT OMNIBUS NOTUM Quod Nos Gabriel Coll Doctor Theologus et Rector Parrochialis ecclesie ville de
Manacor, Bartholomeus Domenge, Jacobus Artigues, Michael Ventayol, Bassilius Mover, Raymundus Obrador, Michael Nadal, Bernar-
dus Gibert, Bartholomeus Frau, Jacobus Riera, Antonius Anelle, Franciscus Riera omnes sacerdotes, et beneficiati in dicta Parrochiali ecclesia
dicte ville de Manacor Capitulariter Congregati, et comune dicte ecclesie representantes gratis, et scienter confitemur, et in veritate recognosci-
mus vobis Mag.co Antonio Moll domicello de Majorica licet absenti tamquam presenti et vestris ac quibus volueritis perpetuo quod pro proprie-
tate luitione, redemtione, et quitatione illorum quindecim solidorum et sex denariorum ad quorum annuam prestationem dicto nostro Comuni
tenebaris sub die mensis pro quadam petia terre per vos acquisita cum onere prestandi dicto Comuni dictum cens
a Petro Sampso, et aliis cum instro. recepto in scribania Dni Regis Consto sub die decima mensis Novembris anno millessimo
sexcentessimo, trigessimo, secundo sciutata in termino dicte ville de Manacor tenita sub allodio Dni Regis de portione qua q.o fuit
nob. N. S. ad vigessimum de laudimio confrontata prout in precitato instro latius videre est, dedistis, et exsolvistis nobis nos
a vobis habuimus, et recepimus novem libras, tredecim solidos, et novem denarios monette Majorice franchas una cum rata dicti cens
usque in diem presentem decursa in pecunia numerata in notarii, et testium infrascriptorum presentia per manus Joannis Michael
...is ... vobis renunciantes exceptioni dicte pecunie non numerate, non habite, et non recepte rei q. sic non geste, et doli
mali, et actioni in factum, facimus vobis bonum finem, luitionem diffinitionem, liberationem, et presentem apocham de soluto cum
pacto valido, et solemni de ulterius aliquid non petendo sive unquam de non agendo in judicio vel extra etiam, et ubique liberans
et absolvens, diffiniens, et quitans penitusque exobligans vos, et vestros omniaque bona vestra, et vestrorum non solum a prestatione dicti
cens sed etiam ab omni solutione, contributione, pensionibusque rata ejusdem usque in diem presentem cessis et decursis imponentes
nobis, et nostris in, et super predictis sillentium perpetuum atque sempiternum omnemque agendi viam penitus abdicando. Mandans
tenere presentis publici instri vicem epistole in hac parte gerentis instrum creationis dicti cens. cassari, anullari, irritari, et cancel-
lari velit quod nobis nec nostris prodesse, vobisque nec vestris obesse possit aliquo modo seu nocere. Promittentes et fide bona conve-
nientes vobis, et vestris nos presentem solutionem quitationis semper habere ratam, gratam, validam atque firmam, et illud non revo-
care contra facere vel venire nec venienti consentire jure, aliquo titulo, causa vel ratione ullo modo sub omnium et sin-
gulorum bonorum dicti Comunis mobilium, et immobilium presentium et futurorum obligatione. Quod fuit Actum in presenti
regno Majorice dicto in villa de Manacor die septima mensis Novembris anno a nati. D.ni millessimo sexcentessimo
trigessimo nono. Sig~~+++++++~~na nostrum Gabrielis Coll Rectoris, et restantium beneficiatorum dicti Comunis confitentium
predictorum qui hec laudamus, concedimus, et firmamus. — // — //

Testes hujus rei sunt Gabriel Rosello, et Nicolaus Parato ambo dicte ville de Manacor
ac Sig+num Jacinthus Riera notarius dicte ville qui in illa nomine et vice notarii infrascripti
presens instrumentum recepit — // — //